



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Epist. Dedicatoria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

F. IOANNIS SLOTA,  
NI GEFFENSIS SACRE THE-  
ologiae Professoris, de verbi Dei  
virtute, & Ecclesiae insupe-  
rabili potentia.

Libri V.

EPIST. DEDICATORIA.

Senerissimis & potentissimis prin-  
cipibus, Philippo, & Mariae, Regibus  
Angliae, Fraciae, Neapolis, Hierusalem,  
Hiberniae, &c. F. Ioannes Sleta-  
nus Geffensis salutem in do-  
mino precatur sem-  
piternam.

2. Tim. 2.



Anctus Paulus in epistola  
ad Timotheum secunda ho-  
rum nouissimorum, tempo-  
rū mores describens ac præ-  
dicens, Hoc scito (inquit)  
quia in nouissimis diebus in-  
stabunt tempora periculosa, & erunt homines  
seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphem-  
i, parentibus non obedientes, ingrati, scele-  
sti,

DEDICATORIA. 191

sti, sine effectione, sine pace, criminatores, in-  
 continētes, immites, sine benignitate, prodito-  
 res, proterui, tumidi, cæci, & uoluptatum ama-  
 tores magis quam Dei, habentes speciem qui-  
 dem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes.  
 Et hos deuita. Ex his enim sunt, qui penetrant  
 domos, & captiuas ducunt mulierculas, onera-  
 tas peccatis, quæ seducuntur uarijs desiderijs,  
 semper discentes, & nunquam ad scientiam ue-  
 ritatis peruenientes. Quemadmodum autem  
 Ioannes & Mambres, restiterunt Mosi, ita &  
 hi resistunt ueritati, homines corrupti mente,  
 reprobi circa fidem. Porro si hos mores ac cō- Exod. 7  
 ditiones, conferre placuerit, cum moribus ho-  
 minum nostræ tempestatis, haud obscurum e-  
 rit, nos esse in quos fines seculorū deueniunt.  
 Nunc enim nunc inquam, ea uitia (de quibus  
 uas electionis Paulus loquitur) increbrescere  
 cernimus, atque adeo inundare, ut quasi dilu-  
 uio quodam uitiorum atque criminum pene  
 obruamur. Vt enim interim omittamus, uulga-  
 ria illa delicta, quibus ut plurimum homines  
 obnoxij sunt, & à quibus ppauci immunes sūt,  
 quis non uideat, quot undique audiantur bla-  
 spemi, Deum & sanctos ipsius sacrilego ore  
 blasphemantes, quot maledici impio ore in u-  
 b 5 triusque

## EPISTOLA

triusque superioris potestatis administratores,  
 & alios pios homines, nefanda maledicta evo-  
 mentes, quot proditores, quot proterui, quot  
 inobedientes & rebelles, quot seditiosi, quot  
 coniurati, quot qui fidem catholicam & apo-  
 stolicam impijs doctrinis adulterare contem-  
 dunt, aut seditiosis concionibus, ineptū & mo-  
 bile uulgus ad tumultum excitare moliantur,  
 quot corrupti mente, & reprobi circa fidem,  
 quot denique qui resistunt ueritati? Quid di-  
 cam de prauorum hominum iniquis molimini-  
 bus, & impijs machinamentis, aduersus legiti-  
 mam ac à Deo institutam potestatem, cui qui  
 resistunt (ut s. Paulus tradidit) Dei ordinatio-  
 ni resistunt? Porro si dei ordinationi resistunt,  
 qui potestati iusta & legitima ordinanti ac  
 imperanti, nō solū nō obtemperant, uerume-  
 tiam resistunt, optimè cōsequitur, illos dei or-  
 dinationē adiuuare ac promouere, qui eiusce-  
 modi homines, potestatibus nō obsequētes, sed  
 rebellantes aut rebellionē moliētes, cōpescūt,  
 & seditiosos conatus coercent, dum adhuc in-  
 firmi sunt & numero pauci. Et certè nihil cō-  
 sultius, q̄ sano cōsilio, & tempestiuo remedio,  
 uenienti piculo p̄spicere, & aduigilare, ut co-  
 natus inquietorum hominum, pacem ac tran-  
 quil-

D  
 quillitate  
 clesie cat  
 um, compr  
 saniam er  
 ro & uir  
 rum impe  
 inde fueri  
 (ut rectè  
 Principijs  
 Cum m  
 Vidi ego q  
 Dilatu  
 Opprime  
 Et tuus  
 Nā mora  
 Et ualid  
 Que prae  
 Quo po  
 Tunc pot  
 Nunc s  
 Quē taur  
 Sub qu  
 Nascitur

DEDICATORIA 192

quillitatem Reipublicæ perturbātium, uel Ec-  
clesiæ catholicæ sanam doctrinam adulteranti-  
um, comprimantur, priusquam in apertam in-  
saniam erumpant. Nam si permittuntur, nume-  
ro & uiribus augeri, nequicquam fortasse eo-  
rum impetus reprimetur. Consultissimum pro-  
inde fuerit, uenienti periculo occurrere. Nam  
(ut rectè Ouidius ait)

Principijs obsta, sero medicina paratur.

Cum mala per longas conualuere moras.

Et iterum:

Vidi ego quod fuerat, primo sanabile uulnus

Dilatatum longæ damna dedisse moræ.

Item:

Opprime dū noua sunt, subiti mala semina mor-

Et tuus incipiens ire resistat equus. (bi)

Nā mora dat uires, teneras mora præcoquit u-

Et ualidas segetes, quæ fuit herba, facit. (uas)

Quæ præbet latas, arbor spaciantibus umbras

Quo posita est primū tempore, uirga fuit.

Tunc poterat manibus, summa tellure reuelli

Nunc stat in immensum, uiribus aucta suis.

Et denuo:

Quæ taurum metuis, uitulum mulcere solebas

Sub qua nunc recubas arbore, uirga fuit.

Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo

Qua-

EPISTOLA.

Psal. 126

Iacobi 1

3. Reg. 3.  
2, Par. 1

Quaque uenit multas, accipit amnis aquas. Quod si forte requiris, qua arte quaer ratione, uenienti periculo occurrendum sit? Respondemus, quod sano consilio, & sapientia, que petenda est ab eo, de quo dicit Psalmographus: Nisi dominus edificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui edificam eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Ab illo postulanda est sapientia, qui dat omnibus affluenter & non improperat, quemadmodum fecit Salomon in initio regni sui, cui cum dominus optionem dedisset, ut peteret quod uellet, non postulauit dies multos, non diuitias, aut animas inimicorum suorum, sed postulauit sibi sapientiam dari ad discernendum iudicium, & cor docile, ut populum suum iudicare posset, & discernere inter bonum & malum. Deinde Deo in adiutorem accepto, serueritas legum publicarum, & ciuilibus disciplina exercenda est in eiusmodi homines, que non minus necessaria est ad conuersationem tranquillitatis & religionis, quam cibus necessarius est corpori. Ut enim corpus cui subtrahitur alimentum interire necesse est & deficere, ita si communitati subtraxeris disciplinam, continuo incipit insolescere, & harmoniam mysti

ci

D  
ei corpori  
necesse est  
principes  
bibus adm  
quum gra  
attendent  
telligite, e  
uite Domi  
more. Ap  
irascatur  
exarserit i  
fidunt in e  
stinus) reg  
ea que cor  
ueritate p  
enim serui  
& rex est  
deliter, qu  
iusta prae  
conuenien  
Ezechias,  
celsa (que  
fta) destru  
ipse facien  
uniuersam  
compellen

DEDICATORIA. 193

ei corporis perdere. Qua sublata dissoluatur  
 necesse est. Porrò hac in re, non solū reges &  
 principes, sed etiam ij qui magistratum in ur-  
 bibus administrant, Deo seruiunt, eiq; obse-  
 quium gratissimū acceptissimumq; præstant,  
 attendentes illud Psalmistæ: Et nunc reges in-  
 telligite, erudimini qui iudicatis terram. Ser-  
 uite Domino in timore, & exultate ei cum tre-  
 more. Apprehendite disciplinam, ne quando  
 irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Cū  
 exarserit in breui ira eius, beati omnes qui cō-  
 fidunt in eo. Quomodo ergo (inquit D. Augu-  
 stinus) reges domino seruiunt in timore, nisi  
 ea quæ contra domini iussa fiunt, religiosa se-  
 ueritate prohibendo atque plectendo? Aliter  
 enim seruit, quia homo est, aliter quia etiam  
 & rex est. Quia homo est, ei seruit uiuendo fi-  
 deliter, quia uerò etiam rex est, seruit, leges  
 iusta præcipientes, & contraria prohibentes,  
 conuenienti uigore sanciendo. Sicut seruiuit  
 Ezechias, lucos & templa idolorum, & illa ex-  
 celsa (quæ contra præcepta Dei fuerant extru-  
 cta) destruendo. Sicut seruiuit Iosias, talia &  
 ipse faciendo. Sicut seruiuit rex Niniuitarum,  
 uniuersam ciuitatem ad placandum dominum  
 compellendo. Sicut seruiuit Darius, idollū fran-  
 gendum

Psal. 20

Epistola  
 50. ad Bo-  
 nifacium  
 Con. item

4. Reg. 18.

4. Reg. 22.

EPISTOLA

Ioua 3.  
Doui 14.  
Dani. 3

Rom. 13

Legum v.  
tutitas con  
tra impios

gendum in potestatem Danieli dando, & ini-  
micos eius, leonibus ingerendo. Sicut seruiuit  
Nabuchodonosor, omnes in regno suo positos,  
à blasphemando Deo, lege terribili prohiben-  
do. In hoc ergo seruiunt domino reges, inquan-  
tum sunt reges, cum ea faciunt ad seruiendum  
illi quæ nõ possunt facere nisi reges. Hactenus  
ille. De hoc seruitio sanctus Pau. in epi. ad Ro-  
manos scribit dicens: Princeps non sine causa  
gladium portat, Dei enim minister est, uindex  
in iram ei qui malè agit. In hoc itaq; sanctissi-  
mo & maximè necessario seruitio, seruitis do-  
mino uos potentissimi & Christianissimi re-  
ges, maxima totius Christiani & catholici po-  
puli congratulatione, & bonorum omnium  
applausu, qui gaudent præstantissimum reg-  
num uestrum (quod multis annis hæresibus &  
erroribus inquinatum fuit) nunc expurgari,  
& ad fidem & obedientiam Ecclesiæ reuoca-  
ri. Porrò quanquam plures inueniantur, qui  
malint mordicus ac pertinaciter in errore per-  
sistere, quàm fidei sinceritatem & integritate-  
tem amplecti, non tamen absque fructu & ma-  
gna utilitate, exercetur in eos legum seueritas,  
& rigor. Etenim & si ipsi pereant obstinatio-  
ne sua, prodest tamen illorum correctio alijs,  
qui

DI  
qui pœnan  
ad fidem e  
tias post  
ad lumen u  
nerint, qu  
statur epi  
nempè, non  
tiã ciuitat  
isse cathol  
licam sepa  
Vides (inc  
quisq; cog  
utrum bon  
nus possit  
uel relinq  
ratã comp  
uel respuat  
uerũ quod  
lebat. Et it  
nè ad unita  
gèdũ, dispu  
dum, ne fi  
tos heretic  
non contra  
tium super  
ponebatur



DEDICATORIA. 194

qui pœnarum metu uel retinentur in fide, uel ad fidem & obedientiam Ecclesiæ redeunt, gratias postmodum agendum agentes Deo, quod ad lumen ueritatis salutifera coactione peruenierint, quemadmodum S. Aug. de Donatistis testatur epistola 48, ad Vincentiũ Donatistam. nempe, non solum multos homines, sed multas etiam ciuitates prius fuisse Donatistas, postea fuisse catholicas, & detestari uehementer diabolicam separationem, diligereque ardenter unitatem. Vides (inquit) non esse considerandum quod quisque cogitur, sed quale sit illud quo cogitur, utrum bonum an malum, non quo quisque bonus possit esse inuitus, sed timedo quod non uult pati uel relinquit impedientem animositatem, uel ignoratam compellitur cognoscere ueritatem, ut timens uel respuat falsum, de quo cõtendebat, uel querat uerum quod nesciebat, & uolens teneat iam quod non lebat. Et iterum: Mea primitus sententia erat neminem ad unitatem Christi, esse cogendum, uerbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione uincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apostolos hereticos noueramus. Sed hæc opinio mea, non contradicentium uerbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primo opponebatur mihi ciuitas mea. Quæ cum tota esset

EPISTOLA

Pro. 9

esset in parte Donati, ad unitatem catholicam timore legum imperialium conuersa est, quam nunc uidemus ita huius uestre animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur. Ita alie multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa rectè intelligi posse quòd scriptum est: Da sapienti occasionem & sapientior erit. Quam multi enim (quod certò scimus) iam uolebant esse catholici, manifestissima ueritate commoti, & offensionem suorū reuerendo, quotidie differebant, Quam multos non ueritas, sed obduratæ consuetudinis graue uinculum colligabat, ut in eis compleretur diuina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus. Si enim & intellexerit, non obediēt. Quam multi putabant ueram Ecclesiam esse patrem Donati, quia eos ad cognoscendam catholicam ueritatem, securitas, torpidos, fastidiosos pigrosq; faciebat. Quam multis aditum intrandi, obserabant rumores maledicorum, qui nescio quid aliud uos in altare Dei ponere iactitabant. Quam multi nihil interesse credentes, in qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde discere, atque ad catholi-

cam

DI  
 cam nemo  
 legum ter  
 uiunt dom  
 alij dicant  
 tias qui no  
 endi, & c  
 dicant: hoc  
 cio qua con  
 no qui uine  
 uinculum  
 hoc esse ue  
 sed nos ad e  
 tos, quo tin  
 ternarum l  
 riremur, g  
 stam stimu  
 quererem  
 mus. Alij d  
 mur intrar  
 traremus, r  
 tias domine  
 gello abstu  
 ania, de ecc  
 Hinc iam c  
 res huius h  
 riorum fa

DEDICATORIA. 195

eam nemo transire cogebat. His omnibus harū  
 legum terror, quibus promulgandis reges ser-  
 uunt domino in timore, ita profuit, ut nunc  
 alij dicant: iam iā hoc uolebamus, sed Deo gra-  
 tias qui nobis occasionem præbuit iamq; faci-  
 endi, & dilationum morulas amputauit. Alij  
 dicant: hoc esse uerū iam sciebamus, sed nes-  
 cio qua consuetudine tenebamur, gratias domi-  
 no qui uincula nostra dirupit, & nos ad pacis  
 uinculum transtulit. Alij dicant, nesciebamus  
 hoc esse ueritatem, nec eam discere uolebamus,  
 sed nos ad eam cognoscendā metus fecit inten-  
 tos, quo timuimus, ne fortè sine ullis rerum æ-  
 ternarum lucris, damno rerum temporalium fe-  
 rireremur, gratias domino qui negligentiam no-  
 stram stimulo terroris excussit, ut saltē solliciti  
 quereremus, quod securi nunquā nosse curau-  
 mus. Alij dicant, nos falsis rumoribus terreba-  
 mur intrare, quos falsos esse nesciremus, nisi in-  
 traremur, nec intraremur, nisi cogeremur, gra-  
 tias domino, qui trepidationem nostram, fla-  
 gello abstulit, expertos docuit quā uana & in-  
 ania, de ecclesia sua mendax fama iactauerit.  
 Hinc iam credimus, & illa falsa esse, quæ auto-  
 res huius hæresis criminati sunt, quando poste-  
 ri eorum falsa & peiora finxerūt. Alij dicant,  
 c                      puta-

EPISTOLA

putabamus quidem nihil interesse, ubi fidem Christi teneremus, sed gratias domino, qui nos à diuisione collegit, & hoc uni deo congruere, ut in unitate colatur, ostendit. In eandem sententiam multa quoque scribit in epist. 50, ad

**Hæretici  
miserico-  
diter cogū-  
tur, & eri-  
piuntur  
inuiti,**

Bonifacium comitem in qua inter cætera sic ait: Magna fit in eos misericordia, cum etiã per istas imperatorũ leges, ab illa secta (ubi per doctrinas dæmoniorum mendaciloquorum mala ista didicerunt) prius eripiuntur inuiti, ut in catholica postea, bonis præceptis & moribus, sanantur assueti. Propter misericordiam ergo Christi, magis pro eis sunt istæ leges, quæ illis uidentur aduersæ, quoniam multi per illas correcti sunt, & quotidie corriguntur, & se esse correctos, atque ab illa furiosa pernicie liberatos gratias agunt. Et qui oderant diligunt, molestasq; sibi fuisse saluberrimas leges, quantum in insania detestabantur, tantum recepta sanitate gratulantur, & in residuos, cum quibus fuerant perituri, iam simili dilectione nobiscum ut pariter instemus ne illi pereant, excitantur. Molestus est enim & medicus furenti frenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, ille cædendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant & perire permittant, ista

DI  
ista potius  
Si enim eq  
lectus, mor  
bus, à quib  
stantur, &  
pe homine  
non tam e  
lestias med  
magis hom  
ternũ pere  
intelligere  
nesciũ, qu  
tur? Sicut e  
tẽpus habe  
sunt cathol  
qui possunt  
tim p eos d  
p eos qui in  
uocentur, c  
& imperat  
ueritatem,  
tur benè c  
rantes. Qu  
sitate con  
uientes, &  
ergo legib

DEDICATORIA. 196

ista potius mansuetudo falsa, crudelis est. Si enim equus & mulus, quibus non est intellectus, morsibus & calcibus resistunt hominibus, à quibus eorum curanda uulnera contrectantur, & cum inter dentes eorū & calces sæpe homines periclitentur, & aliqua uexentur, non tamē eos deserūt, donec per dolores & molestias medicinales reuocent ad salutem, quāto magis homo ab hoīe, & frater à fratre, ne in æternū percat, non est deserendus, qui correctus intelligere potest, quātum sibi prestabatur beneficium, quando se psecutionem ppeti querebatur? Sicut ergo apostolus dicit: Infatigabiles cū Gala. 6. tēpus habemus operemur bonū ad oēs, qui possunt catholicorum præceptorum sermonibus, qui possunt catholicorū principū legibus, partim p eos qui diuinis admonitionibus, partim p eos qui iussis impialibus parent, oēs ad salutē reuocentur, omnes à pernicie reuocentur. Quia & imperatores, quando pro falsitate contra ueritatem, constituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseuerantes. Quando autem pro ueritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur seuiantes, & corriguntur intelligētes. Quicumq; ergo legibus imperatorum, quæ cōtra ueritatē

## EPISTOLA.

Dei feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande premium. Quicumque autem legibus imperatorum, quæ pro Dei ueritate feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande supplicium. Nam & temporibus prophetarum, omnes reges qui in populo dei, non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur, & qui prohibuerunt & euerterunt, super aliorum merita laudantur. Hactenus ille. Ex quibus omnibus intelligitis opinor, secundum sententiam S. Augustini, rectè & utiliter, legibus imperatorum & regum (qui in hoc seruiunt domino) coerceri hereticos, quemadmodum cum Donatistis factum fuisse commendat, propter magnam utilitatem inde prouenientem, multorum uidelicet conuersionem, qui prius querebant occasionem, sed nõ ita commodè inueniebant, aut quia seuitiam furentium metuebant, aut quia suos uerecundabantur offendere, aut quia illis sola à parentibus tradita consuetudine tenebantur, qualem uerò causam ipsa hæresis haberet, nunquã antea cogitauerunt, nunquam querere & considerare uoluerant, tamen mox ubi cœperunt aduertere, & nihil in ea dignum inuenire propter tanta damna paterentur, sine ulla difficultate

DI  
tate catho  
lando com  
laterent, t  
suescendo,  
do, ex mag  
tasse quis  
tilitatem, t  
rationem i  
men interi  
tremum an  
ratis herej  
ritatem. Se  
tentiam S.  
tes paucor  
pulum co  
lectio, dum  
metuit tra  
nes, eterni  
multos, uel  
tes, per cat  
petuam, rel  
cauendo ne  
ritu, qui ui  
rum, quos r  
strinam ui  
pore, secun

tate catholici facti sunt. Et licet plurimi simulando communicarent prius, & alij paucitate laterent, tamen illi qui simulabant, paulatim assuescendo, & prædicationem ueritatis audiendo, ex magna parte correcti sunt. Sed dicit forsasse quispiam: Ut donemus tibi hanc legum utilitatem, tantorum uidelicet populorum liberationem inde prouenientem nihilominus tamen interim plurimi pereunt, qui potius extremum amplectuntur supplicium, quam abiuratis hæresibus catholicam profiteri uelint ueritatem. Sed huic respodebimus secundum sententiam S. Augustini, non esse metuendas mortes paucorum, in tantorum liberandorum populorum comparatione. Non enim fraterna dilectio, dum paucis pertinacibus & obstinatis metuit transitorios ignes, dimittere debet omnes, æternis ignibus gehennarum, neque tam multos, uel iam uolentes, uel postea non uolentes, per catholicam pacem ad uitam uenire perpetuam, relinquit in interitum sempiternum, cauendo ne quidam uoluntario moriantur interitu, qui uiuunt ad impedimentum salutis aliorum, quos nõ permittunt, secundum Christi doctrinam uiuere, ut eos doceant quocunque tempore, secundum consuetudinem doctrine di-

Obiectio.

Solutio.

EPISTOLA.

**Excludit  
obiectio-  
nem,**

**Mors volū-  
taria quo-  
rundam.**

**Hæretici  
iuste occi-  
duntur,**

bolicæ ad eas, quæ in illis modò timentur, mortes uoluntarias festinare. Sed potius conseruat quos potest, etsi sponte pereant, quos conseruare non potest. Vt enim omnes uiuant ardentè exoptat, sed omnes ne pereant, plus laborat. Porro licet s. pater in illa epistola loquatur de quibusdam, qui se offerebant percutiendos, aut si non inuenirent quem terrent, ut eius gladio ferirentur, aut sese præcipitabant, aut ignibus gurgitibusq; donabant, & idcirco dicat eos uoluntario mortuos fuisse interitu, nihilominus tamen etiam ij uoluntario censendi sunt mori interitu, qui superba & pertinaci uoluntate præeligunt potius mortem, quàm uelint intellectum suum captiuare in obsequium fidei, & recantatis hæresibus, cum catholica sentire Ecclesia. Nam etsi sibi ipsis manus non inferant uiolentas, sed aliorum manibus moriantur, in hoc tamen sponte propria moriuntur, quod propria electione (nam hæresis ab electione dicitur, quod melius esse uideatur, ut ait Sanctus Hieronymus) talem sibi firmant ac statuunt sententiam mordicus ac pertinaciter defendendam, propter quam æquissimis ac iustissimis legibus

bus extrem  
hi qui nun  
tur, quid a  
fidem per  
cundum u  
quare non  
turam infi  
propositu  
Ecclesia  
um homin  
ORTHOD  
& obaudi  
saluti, & c  
nat, tantor  
enim (inq  
quibusdam  
multitudin  
enim uel  
tate pere  
ab illa pe  
paci, uici  
qua re a  
dinem, qu  
timus, illu  
aliter non  
nisi Absa



bus extremo afficiuntur supplicio. Etenim si  
 hi qui nummos adulterant, morte multan-  
 tur, quid de illis statuendum censemus, qui  
 fidem peruertere conantur? Si uenefici se-  
 cundum uigorem legum iuste damnantur,  
 quare non hæretici, fidem & sacram scrip-  
 turam inficientes & adulterantes? Sed ut ad  
 propositum reuertamur, catholica mater  
 Ecclesia, paucorum exterminium pertinaci-  
 um hominum, mori magis uolentium, quam  
 ORTHODOXAE & catholice auscultare  
 & obaudire Ecclesie, postponit multorum  
 salutem, & dolorem materni cordis lenit & sa-  
 nat, tantorum liberatione populorum. Quid  
 enim (inquit Augustinus) sentiendum est, de  
 quibusdam paucis perditis, & innumerabili  
 multitudine populorum liberatorum. Non  
 enim uel tot sunt illi homines qui sua uolun-  
 tate pereunt, quot liberantur per illas leges  
 ab illa pestifera æternaque pernicie, fundi,  
 pagi, uici, castella, municipia, ciuitates. De  
 qua re accomodam ibidem ponit similitu-  
 dinem, quam (ne nimium prolixi simus) omit-  
 timus, illud postremo loco adijcimus, quod si  
 aliter non meruit habere pacem domus Dauid,  
 nisi Absalon filius eius in bello, quod contra

Hæretici  
 iuste occi-  
 duntur.

## EPISTOLA

patrem gerebat, fuisset extinctus quamuis magna cura mandauerit suis) ut eum quantum possent uiuum saluumque seruarent, & essent cui pœnitenti paternus affectus ignosceret, quid ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita, suam mœstitiam consolari? Sic ergo catholica mater, bellantibus aduersus eam, quid aliud quàm filijs suis, quia utique ex ipsa magna arbore, quæ ramorum suorum porrectione, toto orbe diffunditur, iste ramusculus fractus est, cum eos charitate parturiat ut redeant ad radicem, sine qua ueram uitam habere non possunt, si aliquorum perditione, ceteros tam multos collegit, præsertim quia isti non sicut Absalon casu bellico, sed spontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni cordis lenit & sanat, tantorum liberatione populorum. Ceterum quoniam ut plurimum omnes qui hac tempestate, & temporaliter & eternaliter perire malunt, quàm sanctam Catholicam & Orthodoxam fidem amplecti, peruersa dogmata (quæ obstinata & pertinaci mente defendunt) uerbo Dei, quod sacris literis comprehenditur, munire uidentur, id duntaxat uerbum Dei falso iactitantes, quod exertis uerbis & expressis in sacris continetur scripturis, omnes

D  
omnes alia  
ones, tanq  
tes, idcirco  
ea quæ in p  
sum & rui  
conscripti  
de uirtute  
simis patr  
dum non so  
dum, quod  
teris, uerū  
bi Dei com  
tē a Deo re  
te, demonst  
sit uirtus u  
rit eiusdem  
quantum  
obstacula,  
petit posse  
uerum uer  
inuita, &  
& heretic  
niq; etiam  
simis & C  
Dei iuxta  
catholica

omnes alias Apostolorum & Ecclesie traditi-  
 ones, tanquam à uerbo Dei alienas reprobant-  
 es, idcirco operæ precium uisum fuit, præter  
 ea quæ in præcedentibus libris, contra hoc fal-  
 sum & ruinosum aduersariorum fundamentum  
 conscripsimus, etiam in hisce posterioribus,  
 de uirtute uerbi Dei &c. quædam ex probatiss-  
 simis patribus superaddere, ad demonstran-  
 dum non solum esse uerbi Dei nomine censen-  
 dum, quod apertis uerbis sacris continetur li-  
 teris, uerum etiam omne id sub definitione uer-  
 bi Dei comprehendi quod ad Ecclesie utilita-  
 tē à Deo reuelatum est. Quo patrum autorita-  
 te, demonstrato, ex eisdem ostendimus, quanta  
 sit uirtus uerbi Dei, quàm uelox & felix fue-  
 rit eiusdem progressus per uniuersum mundum,  
 quantumuis etiam magna & multa haberet  
 obstacula, denique quàm Ecclesia (cui soli com-  
 petit possessio scripturarum, & in qua sola est  
 uerum ueri Dei uerbum) sit insuperabilis ac  
 inuicta, & quàm casso ac inani labore tyranni  
 & heretici eam contenderint expugnare. De-  
 niq; etiam hosce nostros labores, uobis potētis-  
 simis & Christianissimis regibus (qui uerbum  
 Dei iuxta interpretationem & intelligentiam  
 catholice & orthodoxe Ecclesie, à spiritu ue-

EPISTOLA

ritatis semper directæ, & defenditis & pro-  
mouetis( placuit dedicare, obsecrantes ut id  
quod simplici, pia, ac congratulatoria inten-  
tione fit, candido animo excipere uelitis, ac bo-  
ni consulere. Valet. Colonia Agrip-  
pine ipso die S. Athanasij Epif-  
copi & Confessoris, An-  
no salutis 1555.  
5. Maij.

F. IOAN.

F. IO  
NI GE  
ologi  
vir



lia, n  
cibus v  
ipse sup  
meam m  
subterf  
monis n  
profun  
tantæ te  
percup  
lem au